


757426





82

TENTAMEN  
PUBLICUM

EX

METAPHYSICA

IN REGIA SCIENTIARUM  
UNIVERSITATE PESTHINENSI  
EXHIBITUM

Anno M,DCCCXVI. sub finem Julii  
et initium Augusti.

EX

PRAELECTIONIBUS


STEPHANI GEORGII SZÜTS,

In Regia hac Scientiarum Universitate  
Philosophiæ Professoris publ. ord.



PESTHINI

Typis Franc. Josephi Patzko.



*D E F E N D E N T E S.*

D. D.

ALMÁSY GEDEON, *de Zsadány, et  
Török Sz. Miklós.*

BALOGHY EMERICUS, *de Eadem.*

BALTHA THEODORUS.

BATTHA JOSEPHUS, *de Váttha.*

\* \* \*

BEKÉNYI JOHANNES, *de Mikófalva.*

CSEREMISZKY NICOLAUS.

DUCA MICHAEL.

GÜNTHER JOHANNES.

\* \* \*

GYULAY ALEXANDER.

KATSKOVITS CAROLUS.

KUTSCHERA LAURENTIUS.

MAYER LUDOVICUS.

\* \* \*

NAGY LUDOVICUS, *Stip. Ord.*

SZKORODINSZKY STEPHANUS.

SZTANKOVANSZKY EMERICUS.

TAHY CAROLUS, *de Eadem et Tarkö.*

Philosophiæ alterum in Annum Au-  
ditores,



---

E X

O N T O L O G I A .

I.

**P**rincipium contradictionis est primum humanæ cognitionis principium.

II.

Omne, quod est, habet rationem sufficientem: qua proinde posita, ponitur rationatum, & vicissim; quave sublata tollitur rationatum, & vicissim.

III.

Interne impossibile nequit ulla ratione esse externe possibile: at externe impossibile non ideo est etiam interne impossibile. Impossibile interne, & possibile interne non admittunt gradus: at externe possible, & quædam externe impossible admittunt gradus.

IV.

Quod est absolute necessarium, sub nulla hypothese contingens esse potest: at hypothetice necessarium in se contingens est. Quod tamen in se contingens est, potest esse hypothetice necessarium.

V.

Ens in existendo necessarium est possibile.

VI.

Ens in existendo necessarium neque quoad existentiam suam, neque quoad ullam determinationem internam ab alio dependet: at ens contingens quoad existentiam suam dependet ab alio.

VII.

Nequit ens contingens existere, nisi existat ens necessarium.

VIII.

Quod necessarium est, est immutabile & vicissim: item quod contingens est, est mutabile, & vicissim: quod tamen absolute mutabile est, potest esse hypothetice immutabile.

IX.

Omne ens vel est substantia, vel accidens. Accidentia non possunt existere, nisi in substantiis: ubicunque est agens, aut patiens, ibi est substantia.

X.

Conjunctio partium composito est necessaria: at eadem partibus est contingens. Hinc omne compositum in entia simplicia resolvi potest: et omnis substantia est ens simplex.

## XI.

Compositum substantiale oriri potest, quin oriatur ex nihilo; pariter interire potest, quin abeat in nihilum: at ens simplex si oritur, oriri debet ex nihilo, & si interit, debet abire in nihilum.

## XII.

Omne compositum in existendo est contingens.

## XIII.

Ex substantiis extensum continuum fieri nequit: unde omne extensum substantiale est extensum interruptum.

## XIV.

Repugnat numerus actualis infinitus, uti & spatium, & tempus actuale infinitum.

## XV.

Infinitum est interne absolute immutabile, & vicissim.

## XVI.

Quidquid finitum est, est contingens, vicissim.

## XVII.

Substantia infinita est possibilis; sed tantum unica. Substantia infinita non est extensa, neque in eadem sunt successiones, neque est composita ex partibus.

## XVIII.

Possunt existere substantiæ inter se adæquate similes.

## XIX.

Substantiæ finitæ duratio nequit esse æterna: at infinitæ æterna esse debet. Substantia finita durans durationis suæ rationem sufficientem nec in se, nec in alia finita, sed in infinita habet.

## XX.

Nequit aliquid esse causa efficiens sui ipsius, neque duo possunt esse sibi mutuo causæ efficientes. Substantia finita habet causam efficientem sui: at infinita causa efficiente caret.

---

## E X

# C O S M O L O G I A .

## XXI.

Mundus & hic, & omnis alter possibilis est in existendo contingens, eo ipso mutabilis, & finitus.

## XXII.

Mundus est diversus a sua causa efficiente, neque est hujus ulla determinatio interna.

## XXIII.

Mundus nec hic, nec ullus alter potest esse æternus.

#### XXIV.

Fati nomine ineluctabilis eventuum necessitas venit, cujus ut varii varios fontesprehendisse sibi videbantur, ita vario fati genere mundum premi censebant: unde fatum Astrologicum, Atomisticum, Stoicum, Spinozisticum, Muhammedanum. At nullum horum potest sustineri.

#### XXV.

Mundus iste suo in genere est perfectus, nec tamen omnium possibilium perfectissimus.

#### XXVI.

Natura mundi est absolute contingens, ut et leges, cursus, & ordo naturæ quæ tamen contingentia absoluta necessitatem hypotheticam non excludit.

#### XXVII.

Miracula veri nominis possible sunt; quæ si fiant, sola vi infinita efficiuntur.

#### XXVIII.

Obtinent in hoc mundo leges quædam, cosmicæ dictæ, in quibus censentur: *lex continui*, *lex parsimonie*, *lex conservationis*, *lex denique constantie*.

#### XXIX.

Omne corpus consurgit ex elementis, quæ simplicia sunt, et inextensa: nec repugnat, ea esse homogenea.

#### XXX.

Representatio non est motus, neque est hujus effectus: non sequitur ex mechanismo corporum, neque ex ulla compositione substantiarum.

EX  
PSYCHOLOGIA.

XXXI.

Anima humana est substantia, et quidem simplex, ac immaterialis.

XXXII.

Nec præexistentia animarum, nec metempsychosis potest sustineri.

XXXIII.

Anima humana prædita est libertate arbitrii.

XXXIV.

Anima humana est natura sua immortalis.

XXXV.

Bruta non sunt mera automata, sed habent animam, facultate quidem cognoscendi inferiore præditam; at intellectu, et ratione destitutam.

EX  
THEOLOGIA NATURALI.

XXXVI.

Existit Deus. Deus est unicus, simplicissimus, æternus et immensus.

XXXVII.

Deus cognoscit omnia actu unico, et simplicissimo: præscit etiam futura tam necessaria, quam libera, quin tamen hæc præscientia libertatem hominis tollat.

XXXVIII.

Voluntas Dei est immutabilis, simul tamen in iis, quæ extra se agit, liberrima.

XXXIX.

Deus omnes substantias hujus mundi, earumque vires conservat.

X L.

Deus ad omnes actiones causarum creatarum concurrat.

X L I.

Deus mundum hunc gubernat, quæ gubernatio circa creaturas rationales etiam specialis est. Gubernatio extraordinaria nec in se impossibilis est, nec Deo inconueniens.

X L I I.

Nihil est in hoc mundo, quod non Providentiæ divi-  
næ subsit; nec eam mala, quibus mundus hic præmi-  
tur, dubiam reddere possunt.

TENTAMEN  
PUBLICUM  
EX  
METAPHYSICA

IN REGIA SCIENTIARUM  
UNIVERSITATE PESTHINENSI  
EXHIBITUM

*Anno M.DCCCXVI. sub finem Julii  
et initium Augusti.*

EX  
PRAELECTIONIBUS  
STEPHANI GEORGII SZÜTS,

In Regia hac Scientiarum Universitate  
Philosophiæ Professoris publ. ord.



---

PESTHINI,  
Typis Franc. Josephi Patzko.

DEFENDENTES.

D. D.

ALMÁSY GEDEON, *de Zsadány, et  
Török Sz. Miklós.*

BALOGHY EMERICUS, *de Eadem.*

BALTHA THEODORUS.

BATTHA JOSEPHUS, *de Váttha.*

\* \* \*

BEKÉNYI JOHANNES, *de Mikófalva.*

CSEREMISZKY NICOLAUS.

DUCA MICHAEL.

GÜNTHER JOHANNES.

\* \* \*

GYULAY ALEXANDER.

KATSKOVITS CAROLUS.

KUTSCHERA LAURENTIUS.

MAYER LUDOVICUS.

\* \* \*

NAGY LUDOVICUS, *Stip. Ord.*

SZKORODINSZKY STEPHANUS.

SZTANKOVANSZKY EMERICUS.

TAHY CAROLUS, *de Eadem et Tarkö.*

Philosophiæ alterum in Annum Au-  
ditores.

---

E X

ONTOLOGIA.

I.

**P**rinzipium contradictionis est primum humanæ cognitionis principium.

II.

Omne, quod est, habet rationem sufficientem: qua proinde posita, ponitur rationatum, & vicissim; quave sublata tollitur rationatum, & vicissim.

III.

Interne impossibile nequit ulla ratione esse externe possibile: at externe impossibile non ideo est etiam interne impossibile. Impossibile interne, & possibile interne non admittunt gradus: at externe possible, & quædam externe impossible admittunt gradus.

IV.

Quod est absolute necessarium, sub nulla hypothesis contingens esse potest: at hypothetice necessarium in se contingens est. Quod tamen in se contingens est, potest esse hypothetice necessarium.

V.

Ens in existendo necessarium est possibile.

VI.

Ens in existendo necessarium neque quoad existentiam suam, neque quoad ullam determinationem internam ab alio dependet: at ens contingens quoad existentiam suam dependet ab alio.

VII.

Nequit ens contingens existere, nisi existat ens necessarium.

VIII.

Quod necessarium est, est immutabile & vicissim: item quod contingens est, est mutabile, & vicissim: quod tamen absolute mutabile est, potest esse hypothetice immutabile.

IX.

Omne ens vel est substantia, vel accidens. Accidentia non possunt existere, nisi in substantiis: ubicunque est agens, aut patiens, ibi est substantia.

X.

Conjunctio partium composito est necessaria: at eadem partibus est contingens. Hinc omne compositum in entia simplicia resolvi potest: et omnis substantia est ens simplex.

## XI.

Compositum substantiale oriri potest, quin oriatur ex nihilo; pariter interire potest, quin abeat in nihilum: at ens simplex si oritur, oriri debet ex nihilo, & si interit, debet abire in nihilum.

## XII.

Omne compositum in existendo est contingens.

## XIII.

Ex substantiis extensum continuum fieri nequit: unde omne extensum substantiale est extensum interruptum.

## XIV.

Repugnat numerus actualis infinitus, uti & spatium, & tempus actuale infinitum.

## XV.

Infinitum est interne absolute immutabile, & vicissim.

## XVI.

Quidquid finitum est, est contingens, vicissim.

## XVII.

Substantia infinita est possibilis; sed tantum unica. Substantia infinita non est extensa, neque in eadem sunt successiones, neque est composita ex partibus.

### XVIII.

Possunt existere substantiæ inter se adæquate similes.

### XIX.

Substantiæ finitæ duratio nequit esse æterna: at infinitæ æterna esse debet. Substantia finita durans durationis suæ rationem sufficientem nec in se, nec in alia finita, sed in infinita habet.

### XX.

Nequit aliquid esse causa efficiens sui ipsius, neque duo possunt esse sibi mutuo causæ efficientes. Substantia finita habet causam efficientem sui: at infinita causa efficiente caret.

---

## E X

# C O S M O L O G I A.

### XXI.

Mundus & hic, & omnis alter possibilis est in existendo contingens, eo ipso mutabilis, & finitus.

### XXII.

Mundus est diversus a sua causa efficiente, neque est hujus ulla determinatio interna.

### XXIII.

Mundus nec hic, nec ullus alter potest esse æternus.

#### XXIV.

Fati nomine ineluctabilis eventuum necessitas venit, cujus ut varii varios fontes deprehendisse sibi videbantur, ita vario fati genere mundum premi censebant: unde fatum Astrologicum, Atomisticum, Stoicum, Spinozisticum, Muhammedanum. At nullum horum potest sustineri.

#### XXV.

Mundus iste suo in genere est perfectus, nec tamen omnium possibilium perfectissimus.

#### XXVI.

Natura mundi est absolute contingens, ut et leges, cursus, & ordo naturæ, quæ tamen contingentia absoluta necessitatem hypotheticam non excludit.

#### XXVII.

Miracula veri nominis possible sunt; quæ si fiant, sola vi infinita efficiuntur.

#### XXVIII.

Obtinent in hoc mundo leges quædam, cosmicæ dictæ, in quibus censentur: *lex continui, lex parsimoniae, lex conservationis, lex denique constantiae.*

#### XXIX.

Omne corpus consurgit ex elementis, quæ simplicia sunt, et inextensa: nec repugnat, ea esse homogenea.

#### XXX.

Representatio non est motus, neque est hujus effectus: non sequitur ex mechanismo corporum, neque ex ulla compositione substantiarum.

E X  
P S Y C H O L O G I A .

X X X I .

Anima humana est substantia, et quidem simplex,  
ac immaterialis.

X X X I I .

Nec præexistentia animarum, nec metempsychosis  
potest sustineri.

X X X I I I .

Anima humana prædita est libertate arbitrii,

X X X I V .

Anima humana est natura sua immortalis.

X X X V .

Bruta non sunt mera automata, sed habent animam,  
facultate quidem cognoscendi inferiore præditam; at  
intellectu, et ratione destitutam.

E X  
T H E O L O G I A N A T U R A L I .

X X X V I .

Existit Deus. Deus est unicus, simplicissimus, æ-  
ternus et immensus.

X X X V I I .

Deus cognoscit omnia actu unico, et simplicissimo;  
præscit etiam futura tam necessaria, quam libera, quin  
tamen hæc præscientia libertatem hominis tollat,

X X X V I I I .

Voluntas Dei est immutabilis, simul tamen in iis,  
quæ extra se agit, liberrima.

X X X I X .

Deus omnes substantias hujus mundi, earumque vi-  
res conservat.

X L .

Deus ad omnes actiones causarum creatarum concurrat.

X L I .

Deus mundum hunc gubernat, quæ gubernatio circa  
creaturas rationales etiam specialis est. Gubernatio extra-  
ordinaria nec in se impossibilis est, nec Deo inconueniens.

X L I I .

Nihil est in hoc mundo, quod non Providentiæ divi-  
næ subsit; nec eam mala, quibus mundus hic premi-  
tur, dubiam reddere possunt.

DEBRECENI KÖNYVTÁR

Lelt.

539-1955



757426

